



# Vitæ D. N. Iesv Christi Monotessaron Evangelicum

Heser, Georg

Monachii, 1657

163. Parabola decima quarta, Servi vigilantis noctu, & dominum à nuptiis revertentem expectantis.

---

---

**Nutzungsbedingungen**

[urn:nbn:de:hbz:466:1-56533](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-56533)



*D. N. IESU CHRISTI. EST*  
parasti, cujus erunt? Sic est, qui sibi thesau-  
rizat, & non est in Deum dives. *Luc. 12. v.*  
*20. & 21.*

## MEDITATIO CLXIII.

*Parabola XIV. Servi vigilantis nocte  
& dominum à nuptijs revertentem  
expectantis.*

I. **D**ixit Iesus discipulis suis: Sint lumbi  
vestri præcincti, & lucernæ ardentes  
in manibus vestris: & vos similes hominibus  
expectantibus dominum suum, quando re-  
vertatur à nuptijs: ut, cum venerit, & pul-  
saverit, confestim aperiant ei. *Luc. 12. vers.*  
*35. & 36.*

II. Beati servi illi, quos, cum venerit  
Dominus, invenerit vigilantes: Amen dico  
vobis, quòd præcinget se, & faciet illos di-  
scumbere, & transiens ministrabit illis. Et  
si venerit in secunda vigilia, & si in tertia vi-  
gilia venerit, & ita invenerit, beati sunt servi  
illi. *Luc. 12. v. 37. & 38.*

III. Hoc autem scitote, quoniam si sci-  
ret paterfamilias, quâ horâ fur veniret, vi-  
gilaret utique, & non sineret perfodi do-  
mum suam. Et vos estote parati: quia quâ



horâ non putatis, filius hominis veniet. *Luc.*  
*12. v. 39. & 40.*

## MEDITATIO CLXIV.

*Parabola XV. Ficulnea infrugifera,  
 quæ jubetur excidi.*

**I.** Dicebat Iesus & hanc similitudinem: Arborem fici habebat quidam plantatam in vinea sua, & venit quærens fructum in illa, & non invenit. *Luc. 13. v. 6.*

II. Dixit autem ad cultorem vineæ: Ecce anni tres sunt, ex quo venio quærens fructum in ficulnea hac, & non invenio: succide ergo illam: ut quid etiam terram occupat? *Luc. 13. v. 7.*

III. At ille respondens, dixit illi: Domine, dimitte illam & hoc anno, usque dum fodiam circa illam, & mittam stercora: & si quidem fecerit fructum: sin autem, in futurum succides eam. *Luc. 13. v. 8. & 9.*

## MEDITATIO CLXV.

*Parabola XVI. Angusta porta, quâ intratur ad cælum.*

**I.** **A**It Iesu quidam: Domine, si pauci sunt, qui salvantur? Ipse autem dixit ad